



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ Præcones

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 8. Castigationes diuinas, tanquam ab amante, non persequente Deo,  
suscipiendas esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

visceribus putredine exesis, pœnas meritas  
 luit. Stercus nō per naturales corporis par-  
 tes egerebat, sed per sceleratum os blasphem-  
 iæ instrumentum. Cui vxor, quæ Christi-  
 ana erat: *Debes meritò mi vir, inquit, Chris-  
 tum Saluatorem laude prædicare, quòd tibi  
 hac castigatione potètiã suam ostenderit. Nã,  
 quem oppugnasses, planè te peremisset, nisi con-  
 sueta sua lenitate, vsu, has plagas diuinitus tibi  
 inflixisset.* Miser, aut coniugis oratione, aut  
 potiùs cruciatu morbi, quo liberari cupier-  
 bat, adactus, Imperatorem rogare cœpit, vt  
 Ecclesiæ ablata redderet. Quod tamen fili-  
 cem in pectore gerenti ægrotus orator non  
 persuasit. Ita iuit ad plures, postquam ictus  
 cœpit sapere. Vtinã didicisset sapere, ad so-  
 brietatē, neq; pl<sup>9</sup> morbo suo, quàm DEI of-  
 fensã doluisset! expertus profectò esset, se  
 morbo sanatũ; sine morbo, insanum extitisse.

Sermon VIII

*Castigationes diuinas, tanquam ab amante, non  
 persequente Deo, suscipiendas esse.*

Quàmobrem rectè Tertullianus tradit,

Tertull.  
 li. 2. cōtr.  
 Marc. ca.  
 22. vsque

omnia DEI plecentis opera, esse bonitatis  
 procuracionem, itemq; iustitiam ac bonita-  
 tem DEI indissociabiliter semper fuisse so-  
 sociatas. *Quomodo non absurdum fuerit, in-*  
 quit

contingit

A

quit Theodoretus, litteratorem quidem, qui, ad tempus, pueros cadit, & ferula ignavia torporem excutiens loris, firmam litterarum memoriam insigit, collaudare; & medico, gratias agere, non modo, cum cibum potumque laboranti prabet, verum etiam, cum secatur, urit, & morbo se hostiliter opponit, ne ille auctus ulterius serpat, prohibens: Deum vero, qui, longe uberiori sapientia, & diligentiori cura animarum salutis prospicit, & bonorum largitione, flagrorumque metu virtutis elementa nos edocet, ac malitia morbum radicatus euellit, solidamque animae salutem operatur, blasphemis ac conuicijs proscindere? Ut ergo percussio Magistr, iuxta sectio Medici, non malitiam, sed peritiam Magistri Mediciue ostendit; ita neque illa, que vulgo mala putantur, sunt à malo, sed à bono Deo, qui, quos amat, arguit & castigat, ac ob id ipsum vicissim est amandus: ut vel Plato agnouit, quem idcirco Iræneus Marcionitis religiosiorem esse pronunciauit. Potuisset dicere etiam quibusdam Catholicis esse religiosiorem; qui, cum in tranquillo non sunt, mala, quæ patiuntur, non amoris, sed odio diuino ascribunt; aiunt enim, se, Deo irato suo, negotium aggressos; Numini exosos esse, superisq; omnibus inuisos, quando aduersi aliquid perpetiunt.

ad 18:  
Theodoret. serm.  
5. de Provid.  
88

Apocal.  
19.3. Platon  
ib. 4. de  
Legib.  
vide Euge-  
gubin. li.  
5. de pe-  
reni Phi-  
losoph.  
c. 8. Iræn.  
part. 3.  
cap. 45.

Matth. 5.  
10.  
Ioan. 16.  
33.

petiuntur; sententiâ prorsus diuinis litteris aduersâ, cùm, in illis, *beati*, vocetur, *qui propter justitiam, persecutionē patiuntur*; & *charissimi DEO dicantur, in Mundo, pressuram habituri*. Quod si perdenderent isti, minùs multò audacter quiritarent, quàm nunc quiritant, & linguam ad suos potiùs mores diuerterent, quàm ad accusandam diuinam bonitatem.

## C A P V T. II.

*Pleraque, qua vulgò mala dicuntur, bona esse; aut in bonum vsum, posse adhiberi.*

### §. I.

*Cùm decuerit, Deum rerum naturis vim non inferre, multa inde necessario existere, que mala putantur.*

**A**D communem Mundi Gubernatorem pertinet, eâdem lege, eâdemq; naturæ conditione, vti erga omnes, vt dici possit: *Rex Iuppiter omnibus idem*. Necesse igitur fuit, vt ignis vim vrendi æquè, ac lucendi; & omne corpus, ex elementis conflatû, perinde interitum suû, ac ortum haberet; neque ea, quæ ad rerum generationem atq; corruptionem spectant, pro-